



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441


Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 1. Neapolitani Regni investitura Alphonso ab Eugenio denegata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)



221

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ LIBER CVII.

EUGENIUS IV. PAPA.

SIGISMUNDUS OCCIDENT. JOANN. VII.
PALÆOLOGUS ORIENT.
IMPERATORES.

§. I.

Neapolitani Regni investitura Alphonso ab Eugenio denegata.

Confirmaverat equidem Eugenius Pa-
pa Renatum Andegavensem in jure, Sæcul. XV.
A.C. 1436.
quo Regni Neapolitani hæres nun-
cupabatur. Attamen Alphonsus Arra-
gonum Rex immoderata ejusdem regni
potiu-

Sæcul. XV. potiundi cupiditate agitatus, Duce Bu-

A.C. 1426.

gundo Renatum adhuc captivum detinente, opportunam nactus est occasionem, qua libere regnum invaderet, atque a potissima Neapolitanorum parte Regnum proclamaretur. Cum vero hoc solium recens obtentum infirmis admodum interetur fulcris, & aliunde Renati Andegavensis Fautores vehementer se seponerent, Alfonius Eugenii Papæ gratiam aucupaturus, se eidem adversus inimicos suos auxilio futurum promittit, que ab Eugenio, quamvis id genus obsequii respuente, nihilominus Regni Neapolitani investituram postulat, qua denegata Rex, quæ precibus obtainere non poterat, minis extorquere molitur, ipsis tamen nequaquam constantem Eugenii animum flectere poterat; Hic enim Renati Andegavensis jura tueri sollicitus, ægerime ferebat, hunc insuperhabita inhibitione ab Alphonso opprimi, & malis ejus artibus a regno excludi, cuius tam legimus hæres a Joanna Regina nuncupatus esset. Etenim, licet Alfonius, ut obtendebat, ab eadem Regina adoptatus fuisset, nihilominus hæc adoptio justissimis ex cauissimis, & juxta legis præscriptum revocata fuit, nec ipse, quam allegabat Martini Pontificis confirmationem proferre, nec illa in Ecclesiæ Romanæ tabulariis reperiri, imo nec

*Surita hisp.
Arragon.
l. 14.*

ullus,

ullus, qui de ea testimonium redderet, Sæcul. XV.
testis produci poterat. Pontifex his rationibus motus ad iteratas Alphonsi
querelas respondit, siquid juris ad regnum
se habere existimaret, depositis armis,
belloque dirempto illud coram Sede Apostolica prosequeretur.

A.C. 1436.

§. II.

Alphonsus favorem Concilii auctoratus.

Alphonsus hoc responso vehementius commotus, publice Pontificem redarguit, merita, quæ Sedi Apostolicæ præstisset, exaggerans; quamvis, si quæ eidem contulit, potissime proprium commodum respexisset, nec ita pridem Terracinam, quæ urbs ditionis Ecclesiasticæ pars erat, a se occupatam restituere renuisse. Itaque ut acerbius adhuc Papam vexaret, Basileensi Synodo adhærente decrevit; quem in finem datis literis Patres hortatus est, ut cuiquam negotium darent, qui Romam, & reliquas Romanæ Ecclesiæ ditiones invaderet, se quoque eidem validam opem præstiturum, ut ambo junctis viribus haec bona sacræ Sedi vel Ecclesiæ denuo affererent. Ast specioso sub hoc obtentu re ipsa Eccl. Surita hist. clesiæ statum sibi meti ipsi vendicare medi- tabatur. Postea iteratis ad Papam lite-

ris